



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 115. Diversæ Constitutiones ab Urbano VIII. Papa editæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII. nominatus est: priorem Ecclesiam in-  
A. C. 1623. tegris omnino viginti annis regebat,  
 Salernitanam vero usque ad postre-  
 mum vitæ suæ diem, qui erat vigesi-  
 mus quintus Decembris, fermone &  
 opere, celebrataque Synodo, ac fre-  
 quenti visitatione ad puriores mores  
 redactam gubernabat, Præsul longe di-  
 gnissimus, ac non minus virtutum om-  
 nium, quam gentis suæ splendore cla-  
 rus, omnibusque charus; Eminuit e-  
 tiam omnium scientiarum præsertim  
 Theologiæ notitia; unde gravissimis  
 negotiis adhibitus, necnon Nuntii  
 Apostolici munere in Belgio functus,  
 a Gregorio XV. Purpura Romana ho-  
 nestatus est, demum vero anno ætatis  
 suæ quinquagesimo octavo Salerni mor-  
 talitatem, honoresque terrenos exiit.

## §. CXV.

*Diversæ Constitutiones ab Urbano  
 VIII. Papa editæ.*

*Bullar.  
 Magn. t. 4.  
 Urb. VIII.*

Eadem die, qua Urbanus VIII. Divi  
 Petri Cathedram conscenderat, di-  
 ploma edidit, in quo illis, qui in nu-  
 peris sacris comitiis inservierunt, pri-  
 vilegia, gratiasque solitas pro more  
 concessit, simulque diploma Canoniza-  
 tionis S. Philippi Nerii, & Ignatii Lo-  
 yolæ vulgavit: die autem trigesima  
 Septem-



Septembris Constitutionem Pii V. <sup>Sæc. XVII.</sup> <sup>A.C. 1623.</sup> que Successoris de non alienandis terris sacræ Romanæ Ecclesiæ confirmavit: postea die vigesima prima Octobris quasdam regulas, Ordinationes, & Constitutiones Cancellariæ Apostolicæ publici juris fecit. Sequenti autem die orationem quadraginta horarum pro divino auxilio ac salutari Catholicæ Ecclesiæ Regimine impetrando indixit, necnon die decima tertia Decembris indulgit, ut officium & Missa de Beata Maria de Cordona ab omnibus Viris & Monialibus Ord. S. Francisci ubique celebrari possit. Denique Religionem Militiæ Christianæ sub invocatione Conceptionis B. V. Mariæ immaculatæ sub Regula sancti Francisci confirmavit, eique varia privilegia & exemptiones concessit.

## §. CXVI.

*Quædam sacrarum Congregationum decreta hoc anno emanata.*

Non minori disciplinæ Ecclesiasticæ <sup>S. Congreg.</sup> studio sacrarum Congregationum <sup>Rit. Epi-</sup> Patres hoc anno diversa condiderunt <sup>scop. &c.</sup> decreta, & primo quidem sacra Rituum Congregatio die undecima Februarii statuit, quod Protonotarii aut quicunque alii Doctores annulo in Missa uti

*Hist. Eccles. Tom. LVII. B b b non*